

autem, quo presentes littere nostre non presentarentur ad tale tempus, quod dicti consiliarij et camerarij possent expedire factum, antequam Ducha et consiliarij noui illuc aplicuerint, ex nunc dicta cognicio et terminacio intelligatur, et sit commissa dictis Duche, et consiliarijs futuris, cum condicionibus et modis omnibus quibus erat commissa predictis.

## 3

'Ο ἐκλεγησόμενος ρέκτωρ Χανίων ἐκλέγεται διὰ τεσσάρων ψηφοφοριῶν, ἐκάστη τῶν ὅποιων ἐπικυροῦνται χωριστά. 'Ο λαμβάνων τὰς πλειοτέρας ψήφους διορίζεται, ἐὰν δικούς οὐδεὶς ἔλαβε τὴν βάσιν, τότε οἱ δύο ὑπερψηφίσαντες διανέμονται ἐξ Ἰσού τὰς ψήφους τοῦ τρίτου. 1353, Ἀπριλίου 4.

F<sup>o</sup> 21<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo LIII. Indictione VI<sup>a</sup>, die IV Aprilis.

Capta. Quod rector Canee fiendus per duos annos sequentes fiat per quatuor manus electionum approbando omnes electos ad unum ad unum; et ille qui habuerit plures ballotas, habendo maiorem partem consilii sit firmus. Et si nullus transiret medietatem consillij, illi duo, qui habuerint plures ballotas, uadant unus per medium alterius. Et si quis eligeretur per tres manus electionum, uel duo eligerentur per duas manus, ita quod essent tantum duo electi, uadant unus per medium alterius. Et si quis eligeretur per quatuor manus sit firmus. Et ista additio 9 salarij soluatur deinde, sicut soluitur salarium. Et est capta per consiliarios et XL.

## 4

'Ἐπίσης καὶ ὁ δοὺς Κρήτης ἐκλέγεται διὰ τεσσάρων ψηφοφοριῶν, ἐκάστη τῶν ὅποιων ἐπικυροῦνται χωριστά. 'Ἐκλογὴ δικούς μὴ συμφωνοῦσα πρὸς τὰ διατεταγμένα κατὰ τὸ 1349, δὲν δύναται νὰ ἐπικυρωθῇ. 'Ἐπίσης ἀνεφύη διαφορὰ ὡς πρὸς τὴν ἐκλογὴν συμβούλων ἐὰν δηλαδὴ συμφώνως πρὸς τὸ καπιτουλάριον ἡ ἐκλογὴ αὐτῶν δέον νὰ ἐνεργεῖται δις ἢ ἄπαξ. Ἀπεφασίσθη ἄπαξ. 1354, Ἰανουαρίου 15.

F<sup>o</sup> 33<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo LIII. Indictione VIII<sup>a</sup>, die XV Januarij (M. V.)

Cum Ducha Cretensis fieri debeat per quatuor manus electionum, et approbari electi ad unum ad unum, et illi qui haberet plures ballotas esset firmus, et si nullus transiret, illi duo qui haberent plures ballotas irent unus per medium alterius, et forent electi ser Johannes Gradonico et ser Zacharias Contareno et ser Johannes Fuscari duplus; et inventum fuerit, quod ser Zacharias Contareno non poterat, et sic remanebant electi solum ser Johannes Gradonico, et ser Johannes Fuschari, et determinatum esset per Dominum et consiliarios, quod isti duo soli non debebant approbari, nisi fieret electio de alijs, adherentes in hac parte 10 cuidam terminationi facte per maius Consilium in 1349. Et post hanc determinationem oriretur aliud dubium utrum scilicet fieri deberet adhuc due manus

